

cunfa

9.

Fundamentalis,
eaque
Astronomica & Astrologica
Doctrina
DE
CONJUNCTIONIBUS
MAGNIS;

*Qualis nimirum earum sit conditio, quotque
ab Orbe Condito numerentur, quod item tempore, locoque
firmamenti visa fuerint.*

Nec non speciatim

DE

CONJUNCTIONE MAGNA,

*Que nostra nunc Ætate est novissima, & secundum
supputationem Astronomicam haut fallacem universo
mundo sese exhibebit*

die XII. Octob. annicurrentis MDCLXIII.

Qua ratione

*Ad calculum ea reducenda, in firmamento oculitus con-
templanda, ejusdemque; conjecturalis significatio
ac *inigencia* sit elicienda;*

Operum

*Raphaelis Gütneri Freib. M.
SS. Theol. & Mathem. Studiofi.*

CHEMNITII,
Ex OFFICINA GÜTNERIANA.

UNIVERSITY OF LONDON
WADSBURG INSTITUTE NW

ANNE GILLINGHAM
OCTOBER 1902

V I R O

Nobilitate, Amplitudine, Excellentia,
in signioreq; Experiencia famigeratissimo

Dn. JOHANNI-MICHAELI Kühn/
Medicinæ Doctori celeberrimo, & Reipubli-
cæ Freibergensis Physico-ordinario; Domino,
Patrono, Favitori ac Promotori meo gravissimo,
summèqvæ devenerando:

Eu àys.

Cum jam diu, VIR Nobilis, Amplissime, Excellentissime Experienciamque, in animo habuerim, de proximè-venturâ Conjunctione Magnâ Aliqvod Scriptum, qvod non sit nimis prolixum, nec tamen ubivis obvium, aut jam olim cuivis sat cognitum, sub prelum mittere, inq; publicum edere, illud autem ad dies usqve, qvæ eandem Conjunctionem apparituram propius antecedunt, consulto prorogaturus gravatis perceperim auribus, qvæ ex improviso congreidenti in foro plebeculae de omnium septem Errorum in signo Sagittarii decantata & dicta sunt, (eqvidem quid de his sentiendum, judicent ii, qui vel minorem duntaxat Astronomiæ intelligent portionem) qvibus illi circulatores falsarii rem ipsam magis implicarunt, qvam explicarunt, ut accesserit demum, qvòd multi graviter & iniqvō animo ferant audien-

audieentes de Planetarum Conjunctione, licet iidem non unquam rationem de eâ reddere queant debitam. Quâ de causâ ipse met veritus, ne præsentaneum hoc Opusculum insanioribus, qui semiapertis oculis vix ac ne vix quidem ex inscriptione colligunt, quod sanè & hoc sit Qvicqvam de Conjunctione pueris etiamnum non ignorâ, nihilò vilius haberetur. Verūmenimverò habenti dabitur; qui studiosus amansq; est Astronomia, & in re tam excellenti qvalemq; habet cognitionem, in illius gratiam & hoc datur & divulgatur. Atque ita Opusculum hocce meum, sive magni aestimii, sive nullius precii aestimetur, modò, (id quod spero) non dispiceat eis, qui solidiore præcellunt eruditione, nunc demum ex voluntate meâ in publicum Virorum conspectum prodito.

Jam verò, cùm satis constet, T. Amplitudinem, ut aliarum disciplinarum Philosophicarum, ita & peculiariter laudatae Astronomiae esse peritissimam, hæc præter benivolentiâ haut fucatâ olim & (ut nil dubito) jam nunc mihi conjunctam, nec me Freibergensem Hoc præsens Scriptum in solô patrio produxisse pœnituerit, Amplitudini T. Illud, qvaleq; sit, humillimè datum, dicatum, & dedicatum volo, quod ut serenô vultu, avidisq; accipias manibus, est, quod desidero, mihiq; jamjam persvasum habeo, Amplitudinem T. Supremi Numinis præsidio, Tuoq; Patrocinio me fideliter commendans. Dabam Freibergæ, Calendis Maji, Annô à partu Virginis M. DC. LXIII.

*Amplitud. & Excellentia T.
Patroni ac Promotoris mei*

observantissimus

R. G. Autor.

Curren-

בש יהוּן :



Urrentem hunc cincine Annum notatu dignissimum esse, nemo Astrosophi-
rum inficias ibit, ideo jam olim mul-
ti Viri præclarri magnas rerum muta-
tiones tūm orituras existimārunt, &
adhuc omnes ferē Calendariographi
id loqvuntur. Non autem Annum
hunc reddit notabilem tantū tota-
lis illa Eclipsis Lunaris in Diem 8.
Augusti incidentis, qvin potiūs Con-
junctio Magna mense Octobri furura.

Qvapropter & ipsemet Calendariographorum novissimus statim in
fronte mei ad annum hunc primū in lucem editi Calendarii
non abs re eandem Magnam Conjunctionem in memoriam revo-
cavi, nec tamen censuram Astroscopicam insimul adjicere potui,
qvandoqvidem me invitō qvantitatē Fasti mei exesserunt de-
bitam. Jam verò ipse certior factus ex iis, queis meliore lutō
finxit præcordia Phœbus, qvōd Calendarium hocce meum ob me-
thodi novitatem, memorabiliumq; dignitatem ipsis omnino fue-
rit acceptabile, nullus dubito, qvin Bonis Mentibus (de iis enim
hominibus, qui Mathematica, Musarum mysteria, detestantur, &
cum pronis cæteris animalibus HUMUM, non Cœlum tuentur, nec
ad sidera tollere vultus malunt, sermo non est) itidem cordi sit,
è peculiari Tractatulō cognoscere, qvam calamus meus de proxi-
mè instanti Conjunctione Magnâ tulerit sententiam, feceritqvé
conjecturam. Hâc de causâ eandem navavi operam, tantumq;
labore contendi, ut hōc Opusculō demonstretur primō, qvid &
qvotuplex sit Conjunction Magna; deinde, qvō tempore & Zodiaci
locō omnes ac singulæ illæ Magnæ, qualis hōc anno erit, sese ex-
hibuerint; postremo, qvid de hâc, nostrâ ætate, novissimâ juxta dex-
teriora Astrologiæ naturalis diceria sit sentiendum.

Est igitur **Coniunctio**, quā de Astronomiā peritissimī loquuntur & scriptitant, nihil aliud, quam conventus duorum vel plurimum Planetarum in aliquo certō Zodiaci locō. Exemplo evidenti est novilunium; Quoties enim Luna in cœlō nobis est nova, accidit Coniunctio Lunae cum Sole, ubi Lunam quidem sub Sole ob medietatis sui illuminatae aversionem, corporisqvē (lunarī) opacitatem videre non possumus, quā Coniunctio generaliter, & quidem *καλαχεντικῶς* Adspectū nomine venit, quod hæc æqvæ ac illi Planetarum adspectus, qvibus sub certā in longitudinem distantiā Planeta se invicem dicuntur adspicere, efficaciam sensibilem, immò majorem terrarum orbi notificant.

Hoc prædictō modō cum qvolibet Planeta qvilibet conjungi potest, prout singulis ferè septimanis ejuscemodi Coniunctiones fiunt, vel certè sub spatiō qvatuor hebdomadum eas fieri oportet. At verò harum Coniunctionum nulla vocatur Magna, nisi ea, cùm duo Errones supremi, Saturnus nempe & Jupiter in eodem gradu Zodiaci se conjungunt, qvam nostra Juventus annum ætatis vigeſimum nondum attingens nondum vidit, eam verò post aliquot menses vidisse affirmabit.

Hæc autem Coniunctio salutatur Magna, primò, qvòd tūm Planetarum maximi (exceptō scilicet Sole, mundi lumine) convenient. Ubi *ωτ iv ταργύδη* notamus, dimetientem Saturni ad dimetientem terræ esse sicut 9. ad 2. Jovis verò sicut 32. ad 7. Secundò, qvòd fiat in his Planetarum orbibus, qvi amplitudinem circularem omnium habent maximam. Etenim constat, Semidiagrammum maximi Círculi in orbe Saturni continere semidiametros terræ 17225. cum qvartā parte; in orbe verò Jovis 11611. cum dimidiā parte. Tertiò, qvòd ab unā talismodi Coniunctione ad alteram magnum seu longum tempus reqviratur, scilicet juxta horum Planetarum motum æqvalem continens annos Julianos communē novendecim, dies 318. horas 12. min. 59. sec. 23. &c. Et quartò demum, qvòd eadem in hæc inferiora maximè influat, seu qvòd effectus ejusdem sit maximus.

Obiter hīc notetur nonnullorum distinctio, quā Coniunctionum harum alia dicitur maxima, alia mediocris, alia magna, hæc videlicet

videlicet ratione: Conjunction maxima est, cum simul ceteri quinq; Errones in eodē signō, præcipue verò in Ariete detinentur; mediocritas, (quam submaximam seu permagnam nominare liceat, quia mediocritas in se considerata minoris esse videtur, quam magnitudo) cum tantum duo illi, Saturnus & Jupiter in Trigonō igneō conjunguntur; & deniq; magna, quæ accidit in Trigonō aliō quodam, absq; præsentia ceterorum Planetarum. Attamen & illas omnes ac singulas indiscriminatim Magnas appellare malumus, ad differentiam tantum earum, quæ contingunt aliis Planetis inferioribus.

Fuisse verò à Condito Mundō ad nostram, qvi jam vivimus, etatem, utpote ad Annum Christi M. DC. LXIII. ducentas, octoginta tres Conjunctiones Magnas seu congressus Saturni & Jovis, ipsa veritas asserit, quatenus nimirum Chronologiam Lutheri, vel Melanchthonis, vel Origani, aliorumvē cum his facientium, ut veritati consentaneam, non improbamus.

Hasce omnes ac singulas Conjunctiones in gratiam eorum, qvi ingenii sui bonitatem in Astronomiam, cœlicam illam doctrinam, dimittunt, volo hīc assignatas, veruntamen ut fingamus annos Julianos, motumq; horum duorum Planetarum æqualem retineamus, ne nimia negotiorum affluentia prorsus obruat atq; opprimat ingenii imbecillitatem, aut (qvod facile dixerim) impossibilitas derideat eum, qvi sibi tantum tribueret, ut successivam annorum diversorum computationem, locumq; juxta Prostha-pharesin, quam Eccentricus Epicyclusq; efficiunt, verificatum singulis Conjunctionibus Magnis demonstrativè applicare posse ac velit.

Sequitur Tabula exhibens primò numerum ac ordinem Magnarum Conjunctionum omnium; Secundò numerum annorum ante & post Nativitatem Christi Salvatoris; Tertio menses ac dies, in quos inciderunt; Quartò & ultimo locum, qvoad Gradus & minuta Signorum.

Num.	A. C.	Dies Mensis.	G. M.	Sign.	Num.	A. C.	Dies mensis.	G. M.	Sign.
1.	3958.	8. Febr.	6. 56 Sag.		35.	3283.	25. Apr.	18, 12 Scor.	
2.	3939.	19. Dec.	9, 54 Leon.		36.	3263.	5. Mart.	21, 11 Canc.	
3.	3919.	28. Octob.	12, 53 Ariet.		37.	3243.	13. Jan.	24, 9 Pisc.	
4.	3899.	7. Sept.	15, 52 Sagit.		38.	3224.	22. Nov.	27, 8 Scorp.	
5.	3879.	17. Julii.	18, 51 Leon.		39.	3204.	2. Oct.	0, 7 Leonis.	
6.	3859.	27. Maij.	21, 49 Ariet.		40.	3184.	11. Aug.	3, 5 Arietis.	
7.	3839.	5. April.	24, 48 Sag.		41.	3164.	21. Junii.	6, 4 Sagitt.	
8.	3819.	13. Febr.	27, 47 Leon.		42.	3144.	30. Apr.	9, 3 Leon.	
9.	3800.	23. Dec.	0, 45 Tauri.		43.	3124.	10. Mart.	12, 2 Ariet.	
10.	3780.	2. Nov.	3, 44 Capr.		44.	3104.	17. Jan.	15, 0 Sagitt.	
11.	3760.	11. Sept.	6, 43 Virg.		45.	3085.	27. Nov.	17, 59 Leon.	
12.	3740.	22. Julii.	9, 42 Tauri.		46.	3065.	6. Oct.	20, 58 Ariet.	
13.	3720.	31. Maij.	12, 40 Capr.		47.	3045.	16. Aug.	23, 56 Sag.	
14.	3700.	10. April.	15, 39 Virg.		48.	3025.	26. Jun.	26, 55 Leon.	
15.	3680.	18. Febr.	18, 38 Tauri.		49.	3005.	5. Maji.	29, 54 Ariet.	
16.	3661.	28. Dec.	21, 36 Capr.		50.	2985.	15. Mart.	2, 53 Capr.	
17.	3641.	7. Nov.	24, 35 Virg.		51.	2965.	13. Jan.	5, 51 Virg.	
18.	3621.	16. Sept.	27, 34 Taur.		52.	2946.	3. Nov.	8, 50 Tauri.	
19.	3601.	27. Julii.	0, 33 Aqvar.		53.	2926.	12. Oct.	11, 49 Cap.	
20.	3581.	5. Junii.	3, 31 Lib.		54.	2906.	22. Aug.	14, 47 Virg.	
21.	3561.	15. April.	6, 30 Gem.		55.	2886.	1. Julii.	17, 46 Tauri.	
22.	3541.	23. Febr.	9, 29 Aqv.		56.	2866.	11. Maji.	20, 45 Cap.	
23.	3521.	3. Jan.	12, 27 Lib.		57.	2846.	20. Mart.	23, 44 Virg.	
24.	3502.	13. Nov.	15, 26 Gem.		58.	2826.	28. Jan.	26, 42 Tauri.	
25.	3482.	22. Sept.	18, 25 Aqv.		59.	2807.	7. Dec.	29, 41 Capr.	
26.	3462.	2. Aug.	21, 23 Lib.		60.	2787.	17. Oct.	2, 40 Lib.	
27.	3442.	11. Junii.	24, 22 Gem.		61.	2767.	27. Aug.	5, 38 Gem.	
28.	3422.	21. Apr.	27, 21 Aqv.		62.	2747.	6 Julii.	8, 37 Aqv.	
29.	3402.	28. Febr.	0, 20 Scorp.		63.	2727.	16. Maji.	11, 36 Lib.	
30.	3382.	8. Jan.	3, 18 Canc.		64.	2707.	25. Mart.	14, 35 Gem.	
31.	3363.	17. Nov.	6, 17 Pisc.		65.	2687.	2. Febr.	17, 33 Aqv.	
32.	3343.	27. Sept.	9, 16 Scor.		66.	2668.	12. Dec.	20, 32 Lib.	
33.	3323.	6. Aug.	12, 15 Canc.		67.	2648.	22. Oct.	23, 31 Gem.	
34.	3303.	16. Junii.	15, 13 Pisc.		68.	2628.	31. Aug.	26, 29 Aqv.	
								69, 608.	

Num. A. C. Dies Mensis. G. M. Sign.

69.	2608.	11. Jul.	29, 28 Lib.
70.	2588.	20. Maji.	2, 27 Canc.
71.	2568.	30. Mart.	5, 26 Pisc.
72.	2548.	7. Febr.	8, 24 Scorp.
73.	2529.	17. Dec.	11, 23 Canc.
74.	2509.	27. Oct.	14, 22 Pisc.
75.	2489.	5. Sept.	17, 20 Scor.
76.	2469.	16. Julii.	20, 19 Canc.
77.	2449.	25. Maji.	23, 18 Pisc.
78.	2429.	4. Apr.	26, 17 Scor.
79.	2409.	12. Febr.	29, 15 Canc.
80.	2380.	23. Dec.	2, 14 Ariet.
81.	2370.	1. Nov.	5, 13 Sagitt.
82.	2350.	11. Sept.	8, 11 Leon.
83.	2330.	21. Jul.	11, 10 Ariet.
84.	2310.	31. Maji.	14, 9 Sagit.
85.	2290.	10. Apr.	17, 8 Leon.
86.	2270.	17. Febr.	20, 6 Ariet.
87.	2251.	28. Dec.	23, 5 Sagitt.
88.	2231.	6. Nov.	26, 4 Leon.
89.	2211.	16. Sept.	29, 2 Ariet.
90.	2191.	26. Julii.	2, 1 Capr.
91.	2171.	5. Junii.	5, 0 Virg.
92.	2151.	14. Apr.	7, 59 Tauri.
93.	2131.	14. Febr.	10, 57 Capr.
94.	2111.	1. Jan.	13, 56 Virg.
95.	2092.	11. Nov.	16, 55 Tauri.
96.	2072.	20. Sept.	19, 53 Capr.
97.	2052.	31. Jul.	22, 52 Virg.
98.	2032.	10. Jun.	25, 51 Tauri.
99.	2012.	19. Apr.	28, 50 Capr.
100.	1992.	27. Febr.	1, 48 Lib.
101.	1972.	6. Jan.	4, 47 Gem.
102.	1953.	16. Nov.	7, 46 Aqv.

103.	1933.	25. Sept.	10, 44 Lib.
104.	1913.	5. Aug.	13, 43 Gem.
105.	1893.	14. Jun.	16, 42 Aqv.
106.	1873.	24. Apr.	19, 40 Lib.
107.	1853.	3. Mart.	22, 39 Gem.
108.	1833.	10. Jan.	25, 38 Aqv.
109.	1814.	22. Nov.	28, 37 Lib.
110.	1794.	1. Oct.	1, 35 Canc.
111.	1774.	11. Aug.	4, 34 Pisc.
112.	1754.	20. Jun.	7, 33 Scorp.
113.	1734.	30. Apr.	10, 31 Canc.
114.	1714.	9. Mart.	13, 30 Pisc.
115.	1694.	17. Jan.	16, 29 Scor.
116.	1675.	26. Nov.	19, 28 Canc.
117.	1655.	6. Oct.	22, 26 Pisc.
118.	1635.	15. Aug.	25, 25 Scor.
119.	1615.	25. Jun.	28, 24 Canc.
120.	1595.	4. Maji.	1, 22 Ariet.
121.	1575.	14. Mart.	4, 21 Sagit.
122.	1555.	22. Jan.	7, 20 Leon.
123.	1536.	1. Dec.	10, 19 Ariet.
124.	1516.	11 Oct.	13, 17 Sagit.
125.	1496.	20. Aug.	16, 16 Leon.
126.	1476.	30. Jun.	19, 15 Ariet.
127.	1456.	9. Maji.	22, 13 Sagit.
128.	1436.	19. Mart.	25, 12 Leon.
129.	1416.	26. Jan.	28, 11 Ariet.
130.	1397.	6. Dec.	1, 10 Capr.
131.	1377.	15. Oct.	4, 8 Virg.
132.	1357.	25. Aug.	7, 7 Tauri.
133.	1337.	5. Julii.	10, 6 Capr.
134.	1317.	14. Maji.	13, 4 Virg.
135.	1297.	23. Mart.	16, 3 Tauri.
136.	1277.	1. Febr.	19, 2 Capr.

Num. G. M. Dies Mensis. G. M. Sign. *Num. A. C. Dies Mensis. G. M. Sign.*

137.	1258.	12. Dec.	22, 1 Virg.	171.	582.	26. Febr.	3, 17 Virg.
138.	1238.	21. Oct.	24, 59 Tauri.	172.	562.	6. Jan.	6, 16 Tauri.
139.	1218.	31. Aug.	27, 58 Capr.	173.	543.	15. Nov.	9, 14 Capr.
140.	1198.	10. Jul.	0, 57 Librae.	174.	523.	25. Sept.	12, 13 Virg.
141.	1178.	20. Maji.	3, 55 Gem.	175.	503.	4. Aug.	15, 12 Tauri.
142.	1158.	29. Mart.	6, 54 Aqv.	176.	483.	14. Jun.	18, 10 Capr.
143.	1138.	6. Febr.	9, 53 Librae.	177.	463.	23. Apr.	21, 9 Virg.
144.	1119.	14. Dec.	12, 52 Gem.	178.	443.	3. Mart.	24, 8 Tauri.
145.	1099.	26. Oct.	15, 50 Aqv.	179.	423.	10. Jan.	27, 6 Capr.
146.	1079.	5. Sept.	18, 49 Lib.	180.	404.	20. Nov.	0, 5 Librae.
147.	1059.	15. Julii.	21, 48 Gem.	181.	384.	29. Sept.	3, 4 Gem.
148.	1039.	25. Maji.	24, 46 Aqv.	182.	364.	9. Aug.	6, 3 Aqvar.
149.	1019.	3. Apr.	27, 45 Libr.	183.	344.	19. Junii.	9, 1 Librae.
150.	999.	11. Febr.	0, 44 Canc.	184.	324.	28. April.	12, 0 Gem.
151.	980.	21. Dec.	3, 43 Pisc.	185.	304.	8. Mart.	14, 59 Aqv.
152.	960.	31. Oct.	6, 41 Scorp.	186.	284.	15. Jan.	17, 57 Lib.
153.	940.	9. Sept.	9, 40 Canc.	187.	265.	25. Nov.	20, 56 Gem,
154.	920.	20. Jul.	12, 39 Pisc.	188.	245.	4. Octob.	23, 55 Aqv.
155.	900.	29. Maji.	15, 37 Scor.	199.	225.	14. Aug.	26, 54 Libr.
156.	880.	8. Apr.	18, 36 Cang.	190.	205.	23. Jun.	29, 52 Gem,
157.	860.	16. Febr.	21, 35 Pisc.	191.	185.	3. Maji.	2, 51 Pisc.
158.	841.	26. Dec.	24, 34 Scor.	192.	165.	12. Mart.	5, 50 Scorp.
159.	821.	5. Nov.	27, 32 Canc.	193.	145.	21. Jan.	8, 48 Canc.
160.	801.	14. Sept.	0, 31 Ariet.	194.	126.	1. Decéb.	11, 47 Pisc.
161.	781.	25. Julii.	3, 30 Sagit.	195.	106.	10. Octob.	14, 46 Scor.
162.	761.	3. Junii.	6, 28 Leon.	196.	86.	20. Aug.	17, 45 Canc.
163.	741.	13. Apr.	9, 27 Ariet.	197.	66.	29. Jun.	20, 42 Pisc.
164.	721.	21. Febr.	12, 26 Sagit.	198.	46.	9. Maji.	23, 42 Scor.
165.	701.	1. Jan.	15, 25 Leon.	199.	26.	18. Mart.	29, 41 Canc.
166.	682.	10. Nov.	18, 23 Ariet.	200.	6.	26. Jan.	29, 39 Pisc.
167.	662.	20. Sept.	21, 22 Sagit.	201.	* 14.	5. Decéb.	2, 38 Sag.
168.	642.	30. Julii.	24, 21 Leon.	202.	34.	15. Octob.	5, 37 Leon.
169.	622.	9. Junii.	27, 19 Ariet.	203.	54.	24. Aug.	8, 36 Ariet.
170.	602.	19. Apr.	0, 18 Capr.	204.	74.	4. Julii.	11, 34 Sagit.

Num. A. C. Dies Mensis. G. M. Sign. Num. A. C. Dies mensis. G. M. Sign.

205.	94.	13. Maij.	14, 33 Leon.	239.	769.	29. Jul.	25, 49 Canc.
206.	114.	23. Mart.	17, 32 Ariet.	240.	789.	7. Junii.	28, 48 Pisc.
207.	134.	31. Jan.	20, 30 Sagit.	241.	809.	17. Apr.	1, 47 Sag.
208.	153.	10. Dec.	23, 29 Leon.	242.	829.	25. Febr.	4, 45 Leon.
209.	173.	20. Oct.	26, 28 Ariet.	243.	849.	4. Jan.	7, 44 Ariet.
210.	193.	29. Aug.	29, 27 Sagit.	244.	868.	14. Nov.	10, 43 Sag.
211.	213.	9. Julii.	2, 25 Virg.	245.	888.	23. Sept.	13, 41 Leon,
212.	233.	18. Maij.	5, 24 Tauri.	246.	908.	3. Aug.	16, 40 Ariet.
213.	253.	28. Mart.	8, 23 Capr.	247.	928.	12. Junii.	19, 39 Sag.
214.	273.	4. Febr.	11, 21 Virg.	248.	948.	22. Apr.	22, 38 Leon.
215.	292.	15. Dec.	14, 20 Tauri.	249.	968.	1. Mart.	25, 36 Ariet.
216.	312.	24. Oct.	17, 19 Cap.	250.	988.	10. Jan.	28, 35 Sagit.
217.	332.	3. Sept.	20, 18 Virg.	251.	1007.	19. Nov.	1, 34 Virg.
218.	352.	14. Julii.	23, 16 Tauri.	252.	1027.	29. Sept.	4, 32 Tauri.
219.	372.	23. Maij.	26, 15 Capr.	253.	1047.	8. Aug.	7, 31 Capr.
220.	392.	2. Apr.	29, 14 Virg.	254.	1067.	18. Jun.	10, 30 Virg.
221.	412.	10. Febr.	2, 12 Gem.	255.	1087.	28. Apr.	13, 29 Tauri.
222.	431.	21. Dec.	5, 11 Aqvar.	256.	1107.	7. Mart.	16, 27 Capr.
223.	451.	30. Oct.	8, 10 Libræ.	257.	1127.	15. Jan.	19, 26 Virg.
224.	471.	9. Sept.	11, 9 Gem.	258.	1146.	24. Nov.	22, 25 Tauri.
225.	491.	19. Julii.	14, 7 Aqvar.	259.	1166.	4. Oct.	25, 23 Capr.
226.	511.	29. Maij.	17, 6 Libræ.	260.	1186.	13. Aug.	28, 22 Virg.
227.	531.	7. Apr.	20, 5 Gem.	261.	1206.	23. Jun.	1, 21 Gem.
228.	551.	15. Febr.	23, 3 Aqvar.	262.	1226.	2. Maij.	4, 20 Aqv.
229.	570.	23. Dec.	26, 2 Libr.	263.	1246.	12. Mart.	7, 18 Libræ.
230.	590.	4. Nov.	29, 1 Gem.	264.	1266.	19. Jan.	10, 17 Gem.
231.	610.	14. Sept.	2, 0 Pisc.	265.	1285.	29. Nov.	13, 16 Aqv.
232.	630.	24. Jul.	4, 58 Scorp.	266.	1305.	9. Oct.	16, 14 Libr.
233.	650.	3. Junii.	7, 57 Canc.	267.	1325.	18. Aug.	19, 13 Gem.
234.	670.	12. Apr.	10, 56 Pisc.	268.	1345.	28. Jun.	22, 12 Aqv.
235.	690.	20. Febr.	13, 54. Scorp.	269.	1365.	7. Maij.	25, 11 Libræ.
236.	709.	30. Dec.	16, 53 Canc.	270.	1385.	17. Mart.	28, 9 Gem.
237.	729.	9. Nov.	19, 52 Pisc.	271.	1405.	24. Jan.	1, 8 Pisc.
238.	749.	18. Sept.	22, 51 Scorp.	272.	1424.	4. Dec.	4, 7 Scorp.

Num. A. C. Dies Mensis. G. M. Sign. Num. A. C. Dies mensis. G. M. Sign.

273. 1444. 13. Oct. 7, 5 Canc.	279. 1563. 10. Dec. 24, 58 Canc.
274. 1464. 23. Aug. 10, 4 Pisc.	280. 1583. 19. Oct. 27, 56 Pisc.
275. 1484. 2. Julii. 13, 3 Scorp.	281. 1603. 29. Aug. 10, 55 Sagitt.
276. 1504. 12. Maij. 16, 2 Canc.	282. 1623. 8. Julii. 3, 54 Leon.
277. 1524. 21. Mart. 19, 0 Pisc.	283. 1643. 18. Maij. 6, 53 Ariet.
278. 1544. 30. Jan. 21, 59 Scor.	

Hisce præteritis qvam primum annumerabitur Conjunctione Magna ducentesima octogesima qvarta, qvæ qvidem juxta motum æqualem Planetarum suprà denominatorum, uti præsens Tabula subindicat, factâ ex Tabulis Prutenicis supputatione, jamdum incidit in diem 27. Martii currentis anni, hor. 5. min. 53. p. m. in gr. 9. min. 51. Sagittarii. Qvod dicimus tempus nondum correctum, & locum nondum verificatum. Vera Conjunctione juxta Prosthaphæresin eveniet die 13. Octobris hujus anni, hor. II. min. 52. ante mer. seu Astronomicè die 12. Oct. hor. 23. min. 52. in gr. 13. min. 59. Sagit. ubi Saturnus latitudinem habebit gr. 1. min. 44. & Jupiter gr. 0. min. 43. utriq; septentrionalem. Verum cum non eò ipso tantum momento hæc Conjunctione dicatur esse, sed qvamdiu Planetarum corpora medietate sui se invicem qvæsi attingunt, qvò de videsis Originalium, de Effect. Memb. I. Cap. VI. p. m. 267. seq. sequitur, qvòd Conjunctionis initium fuerit respectu Jovis, die 9. Novemb. Saturni verò die 30. ejusd. præterlapsi anni; finis respectu Saturni, die 16. Jan. Jovis verò, die 4. Febr. in anno proximè sequenti.

Quem nunc sua trahet voluptas, ut suos sustollat oculos, ad contemplandum hanc Conjunctionem, id est, ambas stellas erraticas, Saturnum & Jovem, probè observet hæc sequentia:

Circa finem Maji Plantæ conjuncti orientur vesperi, totaq; nocte visui se exhibebunt nostro; Jupiter splendidissimus præcedet, quem sequetur Saturnus paulò septentrionalior, non procùl ab his apparebit Cor Scorpiorum, stella rubicunda splendorem qvendam referens, qvæ est secundæ magnitudinis.

Mense Junio conjuncti Planetæ ante Solis occasum orientur, qvī post illius occasum in domo cœli XII. cum Corde Scorpiorum præente conspicuntur, sed ante diluculum occident. Die 8. Ejusdē

Feriā

Feriâ II. Pentec. Luna se qvâm proximè asfociabit Jovi, seqventi die Conjunctiones secutura.

Mense Julî Conjunctioni post Solis occasum in domô XI. & X. apparebunt; Jupiter Cordi Scorpionis, qvode est stella meridionalis, appropinquabit. Mediâ nocte hæ stellæ omnes occident. Die 5. Ejusdem, Dom. III. post Trin. vesperi Luna utrisque Conjunctionis præcedet, postridie seqvetur eosdem.

Mense Augustô, occiduô Sole, Conjunctioni in mediô cœli, sive circa Meridianum nostrum in domô X. & IX. se fissent, Corde Scorpiorum proximè præcedente, qvi ante mediâ noctem occident. Calendis Ejusdem Luna ducet Conjunctiones, postridie seu Dom. VII. post Trin. eos secutura; & die 29. Ejusdem Luna Jovem comitabitur, postridie utrosq; præmittet.

Mense Septembri Conjunctioni post occasum Solis adhuc in summô cœlô cernentur ac discernentur, utpote qvi in domô IX. propius convenientes Cor Scorpiorum longius ante se ablegant, cui candissima Venus tūm maximè distans à Sole jungitur corpore, ut circa finem hujus mensis hæ stellæ qvatuor: 1. Venus, 2. Cor Scorpiorum, 2. Jupiter, & 4. Saturnus ordinem qvâsi servantes sint satis conspicuæ; Die 26. Ejusdem Jupiter, Saturnus & Luna exiguâ inter se distantiam conspiciuntur, qvi qvidem horâ noctis 10. occident.


Mense Octobri diciti duo Planetæ, Saturnus nempe & Jupiter Sole occidente in domô cœli IIX. apparebunt ita conjunctioni, ut die 13. Ejusdem unicô tantum gradu ob inæqualem eorum latitudinem borealem à se invicem distabunt, Venusq; Hesperus ante illos fulgebit egregiè. Die 23. Ejusdem Luna Conjunctionis præcedet, postridie eos seqvetur, omnesq; maturabunt occasum.

Mense Novembri ob radiorum solarium propinquitatem duo illi adspici vix poterunt, hesperum autem proximè seqventur.

Hujusmodi verò Magnas Coniunctiones, qvarum à Mundô conditô jam ducentesimam octogesimam quartâ numeramus, ne qvâq; sine significatu ac influxu esse, tam Theologi donis ornati cœlestibus, qvâm experientissimi Philosophi nullò non tempore testatum eunt, siqvidem Omnipotens ille Creator motu siderum admirandô non obscurè rerum sublunarium statum indicat, no-

Hoc ipso currente seculô ignea Triplicitas iterum, & qvidem octavâ vice rediit, qvis verò sit ipsius primarius effectus, aut princeps omen, id vel nos met ipsi, vel nostra experietur posteritas. Citra controversiam universo mundo nihil certius, nihil notabilius esse potest, nisi totalis sui ipsius in igne ruina. Vivimus eō tempore, qvō finis mundi imminet, & licet dies illa magna non hodie, non hoc anno, non intra viginti aut sexaginta annos oriatur, tamen fidei id habemus, qvōd dies novissimus finem ac terminum hujus exorsæ ignæ Triplicitatis anteveniat.

Ejusdemq; rei nos commonefaciant novæ stellæ & cometæ illi plurimi hōc seculō visi; apparuit enim Annō 1600. nova stella circa pectus cygni, qvæ in annum 1621. spectata est. A. 1604. alia nova stella. A. 1607. cometa pallidus cum caudâ longâ. A. 1618. cometa Martialis. A. 1652. cometa crinitus, & A. 1661. cometa caudatus.



Nunc demum, qvid hæc novissima Conjunctionio Magna nobis subindicit, per conjecturas saltem videamus. Qvoniam verò hoc judicium reqvirit & præsupponit indicium, necessum est, ut Conjunctionis Magnæ erigamus Thæma, non ad id momentum, qvò accidit, cùm Astronomorum nullus adeò certus esse posít de Ephemeridibus, nec omnis ratio eidem soli sit inclusa, comprobet autem diligens observatio, & continua experientia, qvòd adspectus Planetarum sex superiorum per applicationem aut coadspectum Lunæ effectum suum in hæc sublunaria deferant maximè, ideoq; Thæma constituemus ad proximum Lunæ cum conjunctis Planetis adspectum, qvi tūm est dexter Trigonus, ut ex hæc præmissa cœli Figurā patet luculentissimè.

PROGNOSTICON.

I. Jupiter naturā beneficus est princeps hujus Conjunctionis significator & dominus domū XI, XII, & II. ideo generaliter pacē, liberum religionis exercitium, divitias, gloriam, felicem Remp, & sanitatem promittit; specialiter fideles amicos, Principum favorē, privilegia, captivorum dimissionem, ab ærumnis liberationem, facilem fœminarū partum, & opes labore ac industriā acqvirendas.

II. Mars per Trigonum ē domō VII. Conjunctiones intuens cæfationem à præliis, regionis defensionem, officii strenuitatem, gratiam Potentum, felixq; sexūs fœminini conjugium denotat.

III. Venus in signo Joviali prope Conjunctiones venustam cum virginibus fœminisq; conversationem, matrimonium, lætitiam, gratiam, prolificumq; conjugium innuit.

IV. Luna Conjunctionis per Triangulum applicans ē domō VII, insignem vulgo comparat felicitatem; præcipue verò multas nuptias, lucrificam mercaturam, conjugiumq; pacatum cum notabili fœcunditate designat.

Hæc ex Librō Naturæ. Nos potius decet Christianos evoluisse Librum Scripturæ, ut Dei essentiam & voluntatē cognoscentes pietati studeamus, & hæc verba cordibus nostris inscribamus:

Rom. IIX. v. 28.

Τοῖς ἀγαπῶσιν τὸν Θεόν πᾶντα συνέργει εἰς ἄγαδόν,

DoMINo In eXCeLsIs honor!